Comageni et in australi usque[n'] ad Chunihohesstetin[z'], in occidentali autem usque ad acervos sitos inter Tullanam[a''] et ipsum castellum et ultra Danubium ad Trebinse[b''] et exinde ad Mochinleo et usque ad Êzinburc[c''] et Treisma cum omni integritate; similiter Vuachouua[d''] et cetera omnia loca, que praescripta sunt, rectores eiusdam aecclesiae[e''] cum omnibus ad[g] eadem[g] pertinentibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis[p'], silvis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, venationibus, molendinis, exitibus et reditibus[f''] quesitis et inquirendis totum et integrum absque ulla contradictione teneant atque possideant et quicquid[g''] illis exinde facere libuerit iure aecclesiastico[h''] libero perpetualiter in omnibus potiantur arbitrio, et siquis hec[i''] infringere temptaverit, exinde reddet rationem in die[j''] iudicii[k'']. Et ut[l''] haec[m''] auctoritas pristinae[n''] traditionis et nostrae[o''] confirmationis inconvulsa et inviolabilis permaneat, manu propria subter firmavimus et anuli nostri[g] impressione[p''] sigillari iussimus.

---

z') Chunihohestetin *C*; Chunihostetin *DE*. a'') Tulnam *E*. b'') Trebense *BCDE*. c'') Êzinburch *B*; Ezinburch *CDE*. d'') Vuachovva *B*; Wachowa *CDE*. e'') ęcclesię *B*; ecclesie *CDE*. f'') redditibus *C*. g'') quidquid *C*. h'') ęcclesiastico *B*; ecclesiastico *CDE*. i'') hęc *über der Zeile nachgetragen in* A_2; hęc *B*; *fehlt in E*. j'') diem *E*. k'') iuditii A_2. l'') *fehlt in DE*. m'') hec A_2D; hęc *B*. n'') pristinę A_2B; pristine *CDE*. o'') nostre A_2CDE; nostrę *B*. p'') inpressione *BC*.